

- A Christum non adeò curabant. *Viderunt autem spiritum omnes venientē super Iesum.* Augusti. nus tom. 3. lib. 2. de Trinitate, cap. 5. Facta est enim quædam creaturæ species ex tempore, in qua visibiliter ostenderetur Spiritus sanctus, sive cum in ipsum Dominum corporali specie velut columba descendit, sive cum decem diebus post eius ascensionem, die Pentecostes factus est subito de celo sonus, & vix sunt illis linguae diuisæ tanquam ignis, qui & in *An fuerit veracolumba* sed sit super vnumquemque corum. Hæc operatio visibiliter expressa, & oculus oblati mortali bus, missio Spiritus sancti dicta est: non ita ut appareret eius ipsa substantia, qua & ipse inuifibilis & incommutabilis est, sicut Pater & Filius: sed ut exterioribus vissis, hominum corda commota, à temporali manifestatione venientis, ad occultam æternitatem semper præsentis converterentur. Ita docet Augustinus, pluribus esse viam columbam, & ipsis etiam corporalibus oculis. Et cap. 6. sequenti addit: Columbam vero illam & ignem oculis viderunt, quicunque *Id est Aug.* B viderunt. Porro sunt, qui veram columbam fuisse putant, quibus aduersantur dictiones istæ, non substantiæ, sed similitudinis. Non enim dicit Euangelista viam esse columbā, sed *συμπλόκων*, corporali specie: & *ἀστεραπετράς*, sicut columbam. Nec dicunt Spiritum sanctum descendisse in columba, sed in specie columbae. Aliud autem species, seu apparentia rei est, aliud eius substantia. Nam etsi Augustinus, lib. de agone Christiano, cap. 22. verum corpus, *August.* non fallax asserat, ita tamen ut non sit corpus columbae, sed in columba specie. Ad quod accedit idem Augustinus, lib. 3. de mirabilib. Scripturæ, ita scribens: *Quamvis vero corporali specie Spiritus sanctus super Dominum descendere dicitur, non tamen de aquibus sumptuose columbam, sed ex aere minimè dubitatur.* Nequaquam enim Spiritum sanctum ex aquibus necessitate fuit corpus assumere, dum aues sibi conuexæ statutam in nullo transgressæ sunt legem nature: sed si in hoc transgredierintur, in hoc tanti meriti transgredi non habent, ut potest nec C externa, nec rationabili creatura, ut à spiritu assumptione carnis à delicti vindicta soluerentur. Sed quod Filij persona corpore carnis humanae induebatur, conueniens erat, ut Spiritus persona per corporalem speciem super eum descenderet, & vox Patris corporalis de nube per *qua fuc-* aërem corporis auribus audiretur. Præterea quoque idcirco in nube & columba imagine *rit hec co-* Pater & Spiritus sanctus ad baptismum veniunt, quoniam aquaticæ naturæ res illæ aliquid *lumba.* habent. Dum enim in terra Filius ad baptismi mysterium aquæ creaturam elegisset, neceſſe fuit, ut & Pater per aquaticam nubem intonaret, & Spiritus sanctus illud corpus, quod de aqua in principio factum est, ex illa nube acceptum simularet, ut sic tota Trinitas cædem voluntatem, sicut haberet, ostenderet. Ita docet non fuisse veram columbā, ne forte Spiritus sanctus incolumbatis, sicut & Filius incarnatus dicatur: sed è nube efficiam speciem afficerit. Ideo hanc columbam dicunt Theologi, ex materia elementari ab Angelo formatam, & ab D eo motam, per quam Spiritus sanctus repræsentaretur, quæ in præiacentem materiam reuersa fit. Gregorius Nanzanzenus, Orat. in sancta Lumina. Tum igitur Spiritus sanctus corporeo *Gregor.* modo in columbae forma se conficiendum præbet: nempe ut corpus honore afficiat. Addè *Nanzan-* quod multis retrò seculis, columba diluvij finem annunciat. Nicetas in hanc Orat. *Grego-* rii Nanzan. Ut enim columba corporei diluvij sedati nuncium attulit, eodem modo Spiritus sanctus nunc in columbae forma apprens, comprescam esse spirituali illuuiem indicat. Quod si mole ac pondere diuinitatē æstimis, inquit Gregor. Nanz, ac propterea Spiritum paruum esse censes, quia in columbae forma Spiritus sanctus cernitur, homo fordid, atque in maximis rebus minima queque anxiæ vrgens: iam tibi regnum celorum quoque contemnedum, ac pro nihilo putandum est, quia lapis grano comparatur: ac maiestati Iesu præferendus est aduersarius, quoniam & hic mons magnus vocatur, & Leuiathan, & rex omnium quæ in aquis degunt: ille autem agni, & margarita, & gutta, atque idgenus nominibus appellatur. E Nicetas ibidem. Zach. 4. Quis es tu mons magne? mons, ob arrogiantiam. Interim vero obseruabis, simplicem rei speciem stare sine sua substantia. Species erat columba, non tamen columba erat in substantia. Ex quo eos confundes, qui negant fieri posse, ut species panis in Eucharistia remaneat, ablata panis substantia. Sed & aliud obseruandum erit contra Sacramentarios. Quoties enim urgenter de modo, quo Christi corpus est in cœna sub panis specie, ad istam recurrent similitudinem. Eo modo, inquit, quo Spiritus sanctus in specie columbae. At vero nemo negaverit Spiritum sanctum vere præsentem adfuisse, & se communicasse sub illa specie, non per figuram, metonymiam, metaphoram, & energiam simpliciter, ut de Christi corpore assenserit Sacramentarij, sed vero, & expressè. Idem igitur de Christi sacratissimo corpore concedant necesse est. Sed nos de his in Tractatu de Eucharistia. Spiritum sanctū vero adfuisse testantur Euangelisti, dicentes, quod descendit Spiritus sanctus in Christum. Te-